

tate Placentina Franca monialis et abbatissa/ In monasterio de Gallib' sernaii sanct' Theobaldus abbas/ In Siluabenedicta Podieñi dioceſi Margareta monialis et sacrista/ In Sco naugia Hildegundis que in habitu virili se fratrem Ioseph nominans ibi sub habitu nouiciat' spiritum domino impollutum reddidit/ In monasterio sancte Qualburgis Margareta sancta monialis. Sunt et alij plures in diuersis hui' sancte religionis locis famuli dei qui miraculorum claritate suam in domino sanctitatem ostenderunt/circa quorum descriptionem diuicius insistere gratia breuitatis non decreuim' /in spiritu humilitatis eos omnes orando ut sicut sub suauis iugo sacre huius religionis altissimo placuerunt/sic etiam pijs intercessores pro ipsius defensione/protectione/ et ad pristinum sanctimonie decus reductione efficiantur.

Daterna comendatio ordinis pro
dominum Alexandrum papam. iiii.

Alexander Epus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopis/ episcopis/ et dilectis filiis vniuersis abbatibus in Listerciensi capitulo congregatis. Salutem et apostolicam benedictionem. Inter innumeras mundani turbinis tempestates/quas contra ecclesiam dei et nos ipsos feruentis persecutionis procella commouit/ magnam nobis est prestitum deo promedente remedium/ cum vniuersitatis vestre feruentissima caritas nec pericula timuit/ nec adminicula denegauit/ex his videlicet retributionis cumulum ex illis auctore domino patientie consecutura triumphus meminimus plane/ et cum omnium gratiarum actione recolimus/ quam inuolabili firmitate fluctuantem Petri nauiculam fidei vestre anchora seruauit in turbine/qualiter etiam frequens orationum instantia

quasi iterū dormientem in eadem nauicula saluatorē ingruen-
 te suscitauerit tempestate/ Ita vt sepe numero magnitudine
 stupefacti miraculi/ et ip̄um glorificemus/ quo mari et fluctibus
 imperante optata cepit arridere tranquillitas/ et vos penitus
 venerabiles habeamus/ quorū nobis suffragantibus meritis
 celestis credit̄ placata maiestas. Accedit ad hec omnia dilecto-
 ram filiorū nostrorū Listerciē et Clareuallē abbatum sollici-
 tudo laudabilis et deuota/ qui nō humano instinctu sed superni
 consilij spiritu prouocati/ pro pace vniuersalis ecclesie labores
 maximos et pericula subierunt/ quod tanto nobis et fratribus
 nostris gratū est amplius et acceptū quantū eorum studium et
 laborem vniuerse dei ecclesie magis cōfidimus profuturū/ ma-
 ximeq; speramus/ quod pia eorū instantia vestris orationib⁹
 incessanter adiuta ad ordinis honorē et cōmodum/ et adoptate
 pacis profectura sit incrementū. Debitor es ergo vobis pro tā
 multiplici caritatis vestre munere constituti vos et sacrum or-
 dinem quē seruatis/ omni qua possumus affectione diligim⁹/
 et eiusdē ordinis profectibus et augmentis amplissimo studio
 prompte sollicitudinis aspiramus / quandoquidem inutiliter
 videremur/ superni agricolę vicissitudinem gerere si plantati-
 onem quam plantauit dextera eius oportunis cessarem⁹ im-
 bribus irrigare. Et propter vniuersitatem vestram per aposto-
 licā scripta rogamus monemus et exhortamur in domino qua-
 tenus recolentes qualiter hec plantatio sancta/ hec vitis fructi-
 fera/ hec deniq; vinea domini sabaoth sub primis ordinis pa-
 tribus pullulauit/ et palmites suos longe lateq; producens ad
 mortifera circumquaq; venena pellenda flores protulit et odo-
 res effudit/ per uigili custodia studeatis eorum in omnibus in-
 herere vestigijs/ per quos cooperante domino in deserto mun-
 di huius flos huiuscemodi plantatus est honestatis / hi quo-
 ntam monastice fragilitatis contentissimi professores opti-
 mum ponentes in paupertate principium / totius efficientie
 affecuti sunt complementum/ ecclesie clari episcopis et prelati-
 s accepti atq; in conspectu regum et principum fama et merito

gloriosi. De cetero nos et totum ecclesie sancte negocii vestris deuotis orationibus commendamus/orantes et ipsi ut omnipotens pater in cuius estis nomine congregati ordinatioes et opera vestra in beneplacito suo disponat/et vos pariter ac subditos fratres ad spiritualia iugiter incrementa pmoueat. Adhuc qui predictum Clareuallensem abbatem pro ineuitabili necessitate promoueri de pacis ab aduentu capituli duximus retinendum/eum a vobis petimus haberi excusatum/sicut et de ipso Cisterciensi in patientia vos sustinere rogamus si forte contigerit/et cum pro tanta necessitate celebrato capitulo reuocemus. Datum Beneuenten. xiiij. kl. Augusti.

Imperator. Ho.

Scriptum fauorabile Frederici imperatoris ad abbates ordinis Cisterciensi in capitulo congregatos in comendatione eorum et ordinis/petenti in eorum fraternitate recipi/et se defensozem ordinis declarando.

Venerabilibus In christo patribus et amicis dilectissimis omnibus abbatibus Cisterciensi ordinis f. dei gratia Romanorum rex semp augustus et rex Sicilie. Salutem in domino/et ad omne beneplacitum ipsorum paratum et expositum. Si iuxta veritatis vocem ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine domini nostri iesu christi ipse in medio eorum est/quid credendum est ubi non solummodo duo vel tres sed tot nobiles athlete christi/tot excelsae colune ecclesie sue in nomine suo imo ad honorem nominis sui de diuersis mundi partibus coadunati sunt et congregati nisi quod ipse in medio vestrum habitat et spiritus suus